

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19**

**Paulus <Diaconus>**

**[S.l.], [9. Jh.]**

Beatus papa Leo: sermo in mense VII feria IIII

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

redemptoris. quo primos in nauis  
accubitus quaeri uetat congruit.

**IN MENSE VII. FER. III.  
Sermo beati papae  
LEONIS.**

**D**e uocationem fidelium  
dilectissimi. nihil est  
in quo prouidentia  
diuina non adiuuat.

**S**iquidem exercendis  
adscimoniam mentibus atque  
corporibus. ipsa quoque mundi  
elementa famulentur. dum die-  
rum ac mensuum distincte uaria  
ta resolutio. quasdam nobis pagi-  
nas aperit praeceptorum.

**V**t quod sacra admonent institu-  
ta. hoc quodam modo loquantur  
& tempora. **V**nde cum septi-  
mum mensum nobis anni recursus  
attulerit. non ignoro obseruantiam  
uestram ad celebrandum sollemp-  
ne ieiunium. spiritualiter incitari.

**Q**uo experiendo didicistis. quantum  
haec praeparatio & exteriora  
hominum & interiora purificet.  
ut cum alicuius abstineatur. facilius  
inlicitis resistatur. **C**ontinen-  
tiae autem ratio dilectissimi. non  
in sola castigatione corporum.  
nec in diminutione tantum habetur  
escarum. **M**aiora enim uir-  
tutis istius bona. ad illam animi  
pertinent castitatem. quae non

solum carnis concupiscentias con-  
terit. sed & iam mundanae sapi-  
entiae uana contemnit.

**D**icente apostolo. **V**idete ne quis uos  
decipiat per philosophiam. & ina-  
nem fallaciam. secundum tradi-  
tionem hominum. **C**ontinen-  
dum ergo est acerbis. sed multo ma-  
gis ab erroribus ieiunandum.

**V**t mens nulla carnali dedita  
uoluptati. nullius sit captiua  
mendacii. **Q**uia sicut in pre-  
teritis. ita & iam in nostris diebus  
non desunt ueritatis inimici. qui  
intra catholicam ecclesiam mo-  
uere audeant bella ciuilia.

**V**t in consensum impiorum dogma-  
matum. imperitos quosque ducen-  
tes. gloriantur sibi ad crescere.  
quos a christi corpore potuerint  
separare. **Q**uid enim tam ad-  
uersatur propheta. tam repug-  
nat euangelus. tam denique est  
apostolicis rebelle doctrinis. quam  
in domino ihesu christo ex maria uirgine  
genito. & sempiterno patri in-  
temporaliter coeterno. unam  
ac singularem praedicare natu-  
ram. **Q**uae si hominis intelle-  
genda est. ubi est quae saluat  
deitas. sitantum modo dei. ubi  
est quae saluatur humanitas.

**F**ides autem catholica. quae om-  
nibus resistit erroribus. & iam

istat simul impietates refutat. 7  
**O**mnem nestorium. diuina ab  
homine diuidentem: detestans  
euthichen. in diuinis humana  
uacuantem. 7 **Q**uo ueridi filius  
dñi uerus. unitatem & equali  
tatem habens cum patre & cum  
spu scō. id est uerus homo esse  
dignatus. 7 **N**ec conceptu uir  
ginis matris se iunctus acarne  
nec partu. 7 **S**ic humanita  
tem sibi uniens. ut dñs incom  
mutabiliter permaneret. 7  
**S**ic deitatem homini impertiens.  
ut eum glorificatione non con  
sumeret. sed auget. 7 **Q**ui  
enim factus est forma serui.  
forma dñi esse non desinit. 7  
**N**ec alter cum altero. sed unus in  
troque est. 7 **N**ullis dispensationū  
uarietatibus fides nostratur be  
tur. sed siue in miraculis uirtutū.  
siue in contumeliis passionum.  
& dñm qui homo est. & hominem  
credimus esse. quid est. 7 **H**anc  
confessionem dilectissimi toto  
corde promentes. impia hereti  
corum commenta respuite. ut  
ieiunia uestra & elemosinae.  
nullius erroris contagio pollu  
antur. 7 **T**unc enim & sacrificia  
munda est oblatio. & misericor  
diae scā largitio. quando hi qui  
ista dependunt. quid operentur.

intelligunt. 7 **N**am dicente dño.  
nisi manducaueritis carnem filii  
hominis & biberitis sanguinem  
eius. non habebitis uitam in uobis. 7  
**S**ic sacrae mensae communicare de  
betis. ut nihil prorsus de ueritate  
corporis xpi & sanguinis ambigatis.  
**H**oc enim ore sumitur. quod fide cre  
ditur. 7 **E**t frustra ab illis. athen  
respondetur. a quibus contra id  
quod accipitur disputatur. 7  
**D**icente autem propheta. beatus  
qui intellegit. super egenum & pau  
perem: ille circa inopes uestimen  
torum & ciborum laudabilis dis  
tributor est. qui se xpm in indigen  
tibus & uestire nouit & pascere. 7  
**Q**uo ipse ait. 7 **Q**uam diu fecistis  
uni ex fratribus meis. mihi fecistis.  
**V**erus itaq; dñs & uerus homo. unus  
est xps. diues in suis. pauper in nos  
tris. 7 **D**ona accipiens. & dona  
diffundens. par ticeps mortalium.  
& uiuificatio mortuorum. 7  
**V**t in nomine ihu xpi omne genu  
flectatur. caelestium terrestriu.  
& infernorum. 7 **E**t omnis lin  
gua confiteatur. quo dñs ih̄s.  
in gloria dñi patris est. uiuens &  
regnans cum patre & cum spu scō  
in secula seculorum. 7 **A**MEN. 7

**I**TEM IN EADEM FE  
RIA LIII.  
**L**IC S̄C̄I IUA S̄C̄I MARC̄.